

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Johannis Christophori Hundeshagen ... Quaestionum Logicarum Pars ...**

**Hundeshagen, Johann Christoph**

**Jenae, 1670**

Quaestio IV. Quaeritur, An Logica sit Facultas? N.

**urn:nbn:de:bsz:31-102789**

## Quaestio. IV.

## Queritur, An Logica sit

## Facultas? N.

Vocabulum Facultatis tribuitur illis disciplinis, quae *ἐπιπέσει τῶν ἐναντιῶν*, h. e. *aequè sunt contrariorum*. Arist. l. 1. Rhet. c. 1. Potest autè aliqua Disciplina dupliciter esse Contrariorum sive Oppositorum. (1.) *Ut Opposita consideret*, sicut v. gr. *Ars Medica* aequè considerat sanitatem & morbum, tanquam Opposita. *Ethica* versatur circa Virtutem & Vitia; *Musica* circa soni convenientiam & disconvenientiam. *Physica* circa vacuum & Locum, finitum & infinitum. Quae disciplina ita versatur circa Opposita, non est *Facultas*.

(2.) Disciplina aliqua *aequè* dicitur esse *contrariorum*, quatenus de unâ & eâdem re per diversa principia potest affirmare vel probare opposita, v. gr. Sint duo homines, quorum alter interfecit propriâ manu alium; alter verò saltim consilium suppeditavit; quod si quis hujus, qui consilium tantum suppeditavit, causam vult agere, potest ex diversis principiiis probare de eodè opposita, quod scilicet sit causa homicidii, & quod nō sit causa ejus. Illud, quod sc. sit causa, probare potest exinde, quia si hoc Consiliū non

non

non suppeditasset, homicidium non fuisset perpetratum. Argumentum potest esse tale. *Quicumque præbet consilium, sine quò homicidium alias non committeretur, ille est causa homicidii. Atque hic præbet Consilium tale. E.* Quod si verò de eodem homine oppositum velit probare, id ex aliò, principio poterit hoc modo. *Qui, violentas manus alteri non intulit, ille non est causa homicidii. Atque hic violentas manus alteri non intulit, ergo non est causa homicidii.* Similiter, de Patre in divinis potest probari, quod sit principium Filii, & quod non sit principium filii. Quod sit principium Filii probatur hoc modo: A quò filius procedit, is est principium Filii; Atque à Patre filius procedit. Ergo Pater est Principium filii. Quod non sit principium filii probatur exinde, quia Filius cum Patre est ab æternò, qui autem cum Patre est ab æternò, etiam principium Pater non est. Et sic opposita de unâ eademque re probari possunt. Hòc posteriori modo *Facultas* est *Disciplina* a quò contrariorum.

S. 3. Sed cum sic tota *Logica* quoad utramque partem, *Analyticam* nempe & *Dialecticam*, non sit disciplina æque contrariorum, idè etiam per *Facultatem*, tanquam per genus ad æquatum defini non potest.

S. 4. *Inquis*: Arist. 1. Rhetor. c. 1. duarum facultatum mentionem facit. *Dialecticæ* scri-

cet & *Rhetorica*. Resp. Aristoteles non loquitur de totâ Logicâ, quatenus *utramque* partem complectitur, sed tantum de posteriori parte, quæ appellatur *Dialectica*; & procedit ex probabilibus vel hominum opinionibus consentaneis. Quod enim *Analyticam* attinet, ipsa probare non solet de unâ eâdemque re *Opposita*; sed saltem *Affectionem* de subjecto scientifico demonstrat, & ratione hujus partis *Logica Facultas* dici nequit.

*Quæstio. V.*

*Quæritur, An Logica sit Ars?*

*Aff.*

**S**olet vocabulum artis accipi (1.) *latè*, ita, ut quævis Disciplina Ars vocari mereatur, five ea sit Theoretica five practica. Quæ acceptio, utpote minus accurata hoc l. negligitur. (2.) accipitur sensu *Ramistico*, prout ars notat *Systema vel ordinem certarum propositionum exercitatione perceptarum ad finem in vitâ utilem*, ut exponit *Sluterus* l. I.

*Dial. c. 1.* Ast hæc significatio etiam huc non quadrat, cum nempe Logica hîc consideretur, non ut est in *libro* tradita & sic *systema* certorum præceptorum, sed ut est in *animô*. Accedit huc, quod nempe *Ars* in hîc significatu *accidentaliter* de Logicâ prædicatur